

dn̄s iudicare orbē terrarū in equitate: Ac si mōtes iusti gaudēt: iniqui cōtremiscūt. Sz ecce nōdū venit: quid op̄ ē vt tremāt: Corrigāt: z gaudeāt. In ptāte tua ē: quō expectes v̄turū ch̄istū. Jō differt venire: vt cū venerit nō te dānet. Ecce nōdū venit. Ille in celo est: tu in terra. Ille differt aduētū: tu noli differre cōsiliū. Aduentus ip̄ius dur⁹ ē duris: mitis est p̄ijs. Uide ergo mō tu q̄ sis. Si dur⁹: licz tibi mutescere. Si mitis: iā gaude v̄turū. Ch̄istian⁹ entz es. Ita inq̄s. Credo q̄ oras et dicis: adueniat regnū tuū. Optas vt veniat: quez t̄mes ne veiat. Corrige te vt si oras p̄tra te.

Explicit Tractatus de ps̄. XCVII

Incipit Tractatus de ps̄. XCVIII

Prefatio.

Hatres: id etiā notū esse debz caritati v̄re: tāq̄ filijs ecclie et erudit̄is in schola ch̄isti: p̄ oēs l̄ras ātiq̄z patz n̄roz q̄ scripserūt verba dei: z maḡia dei: nobis eos cōsulere voluisse q̄ futuri eram⁹ h̄ tpe: iā credētes in ch̄istū. Qui opportuno tpe venit ad nos: p̄mo h̄ūilis: postea v̄tur⁹ excels⁹. P̄mo enī veit aī iudicē statur⁹: postea v̄tur⁹ ē iudex sessur⁹: vt aī illū stet p̄ merito suo gen⁹ h̄ūanū. Precesserūt āt illū mlti p̄cones tāq̄ iudicē magnū: et hūc adhuc in h̄ūilitate v̄turū. Aditi p̄cones p̄cesserūt adhuc nasciturū de virgine Maria: futurū infantē: z sugiturū lac: futurū puulū: verbū dei: p̄ qd̄ facta sūt omnia. Precesserūt multi p̄cones: z dixerūt futura ista tpa: sed ita dixerūt: vt q̄busdaz figuris rerū tegetēt l̄nas suas: ip̄m̄q̄z velamē quo tecta est veritas ī libris antiq̄z: tūc tolleret q̄n iam ipsa veritas de fra ori ref. Sic enī dicit̄ ī psalmo. Veritas de terra orta est: z iusticia de celo p̄sperit. Adō ergo tota intētio n̄ra est q̄n psalmū audiūm⁹: q̄n p̄phetā: q̄n legē: q̄ oīa anteq̄ veniret in carne dn̄s noster Iesus ch̄ist⁹ cōscripta sūt: ch̄istū ibi videre: ch̄istū ibi intelligere. Intēdat ergo nobiscū caritas v̄stra ad istū psalmū: z q̄ram⁹ h̄ ch̄istū. Uti q̄s apparebit q̄rētib⁹: q̄ p̄mo apparuit nō q̄rentib⁹: Et nō deseret desiderātes se: q̄ redemit negligētes se. Ecce d̄ illo cepit psalmus: de illo dicit̄.

Expositio psalmi.

Dominus regnavit irascāf populi. Lepit enī regnare dn̄s n̄r Ies⁹ ch̄ist⁹: cepit p̄dicari post q̄s resurrexit a mortuis: z ascēdit in celuz:

posteaq̄s ipleuit discipulos suos fiducia spiritus sancti: vt nō timerēt mortē: quā ille iā occiderat in se. In se q̄ cepit p̄dicari dn̄s n̄r Iesus ch̄ristus: vt in illū crederēt q̄ salutē h̄re vellēt: z irati sunt ppli q̄ idola colebāt. Irascebant q̄ colebāt qd̄ fecerūt: qz annūciabat ille a q̄ facti sūt. Utiq̄ ille annūciabat p̄ discipulos suos seipz: q̄ illos volebat cōverti ad eū a q̄ facti sūt: z auerti ab eis q̄ ipi fecerāt. Illi p̄ idolo suo irascebant domino suo: Qui si p̄ idolo suo irascerēt seruo suo dānandi erāt. Melior enī seruo eorū: q̄ idolū eorū. Seruū enī eorū deus fecit: idolū eorū faber fecit. Sic irascebāt p̄ idolo suo: vt irasci nō timerēt p̄ dn̄o suo. Sz irascent: p̄dictū ē: nō iustum. In p̄pheta enī dicit̄: D̄ns reguit irascāf ppli. Est qd̄ fiat z de pplis irascētib⁹. Illi irascent: z in ira ip̄oz martyres coronēf. Quid fecerūt annūciatorib⁹ verbi veritat̄i nubib⁹ ch̄isti: circūeuntib⁹ orbē fr̄az z cōpluētibus agrū dei: Quid illis fecerūt q̄ irascebant: nisi vt inf̄ man⁹ eorū caro affligeret: z ī manib⁹ ch̄isti sp̄s coronaret. Nec ipsa caro quā p̄secutores occidere potuerūt ita mortua est vt in eternuz interiret. Habebit enī tempus suū quo resurgat z ipsa: qz resurrectionē carnis iā ostēdit dn̄s in seip̄o. Inde illā voluit a nobis accipere: vt de nostra possem⁹ nō despare. Ergo fr̄es caro seruarū quā occiderūt cultores idolorū resurget ī tpe suo: idola q̄ fregit ch̄ist⁹ nunq̄ itez faciet faber. Audistis cū Hieremias legeretur ante apostolicam lectionē: si aurez apposuistis vidist̄ ibi tpa p̄ntia que nūc agim⁹. Dixit enī: Bij qui celū z terrā nō fecerunt pereant de terra z de sub celo. Nō dixit: dii qui celū z terrā nō fecerūt pereāt de celo z de terra: qz nunq̄ fuerūt in celo. Sz quid dixit: Bij qui celū z terrā nō fecerūt pereant de terra. Quasi r̄ndit ad terraz: z defuit qd̄ respōderet de celo: qz illi nō fuerūt in celo: ip̄am terrā bis dixit: qz ipsa est sub celo: pereant de terra: z de sub celo de templis suis. Videte si non fit: si non ex magna pte iam factū est. Quid enī remansit: aut quantū remansit: Adagis remanserunt idola in cordibus paganorum q̄ in locis templozum. Ergo dominus regnavit: irascatur populi. Qui sedet super cherubin: Subaudis regnavit. Comoueatur terra. Iteruz dixit: irascantur populi. Quod enī dixit: dominus: hoc repetiuit: qui sedet super cherubin: z

quod dixit regnavit: sub audire fecit in alio ver-
 su. Et quod ait: irascuntur populi: hoc dixit: commo-
 ueat terra. Quid sunt enim populi nisi terra: Quam-
 tum potest irascatur terra ei qui iam sedet in celo.
 Fuit enim dominus et in terra: et assumpsit terram
 in qua esset in terra. Induit se carnem: et pri-
 or voluit pati irascetes populos. Ne iras po-
 pulorum timeret serui eius: prior illam pati volu-
 it. Et quia necessaria erat ira populorum seruis ei-
 us: ut a peccatis suis omnibus per ipsas tribula-
 tiones curarentur et sanarentur: amaram poculum
 prior medicum bibit: ne bibere timeret egro-
 tus. Ergo dominus regnavit irascantur populi. Ira-
 scantur populi: quia de ira ipsorum multa bona fe-
 cit deus. Illi irascuntur: et serui dei purgantur:
 quia exercet et coronantur. Irascantur populi: qui
 sedet super cherubin regnavit: commoveat
 terra. Cherubin sedes dei est: sicut scriptu-
 re tradunt: celestis quedam sedes sublimis:
 quam nos non vidimus: sed verbum dei novit illam.
 Novit tamen sedem suam: et ipsum verbum dei et spi-
 ritus dei dixit seruis dei ubi sedeat deus: non
 quia sic sedet deus quod homo: sed tu si vis ut sede-
 at in te deus: si bonus eris: sedes dei erit. Sic
 enim scriptum est: Sedes sapientie anima iusti. Thro-
 nus enim latine sedes dicitur. Nam et ipsum che-
 rubin interpretati sunt quidam quid diceret
 latine: qui novaverunt linguam illam hebraeam: quia
 hebraea lingua dictum est cherubin: et dixerit
 esse cherubin plenitudinem scientie. Ergo
 quia deus superat omnem scientiam super plenitudi-
 nem scientie sedere dicitur. Sit in te ergo pleni-
 tudo scientie: et eris et tu sedes dei. Sed forte
 dicitur es. Et quoniam in me erit plenitudo scientie:
 Et quis potest ad tantum culmen pervenire: ut sit
 in illo plenitudo scientie: putas hoc velle
 deum ut sit in nobis ista plenitudo scientie: ut
 novemur: aut quod sint stelle: aut quod sint gra-
 na: non dico arene: sed tritici: aut quot po-
 ma pedant in arbore: Ille novit omnia: quia ca-
 pilli vestri numerati sunt deo. Sed alia est ple-
 nitudo scientie quam voluit hominem nosse. Ad
 legem dei pertinet scientia: quam te voluit habe-
 re. Et quis potest forte dicas mihi perfecte
 nosse legem: ut habeat in se plenitudinem scien-
 tie legis: et possit esse sedes dei. Noli turba-
 ri: breviter tibi dicitur quod habeas si vis ha-
 bere plenitudinem scientie: et esse sedes dei.
 Aut enim apostolus: Plenitudo autem legis caritas.
 Quid ergo est: Perdidisti totam excusatio-
 nem. Interroga cor tuum: vide utrum habeat
 caritatem. Si est ibi caritas: est ibi pleni-
 tudo legis: iam in te habitat deus: sedes dei fa-
 ctus es. Irascantur populi. Quid faciet irasce-

tes populi ei qui factus est sedes dei: Qui con-
 tra te seivant attendis: qui in te sedeat non at-
 tendis. Celum factus es: et terram times: Dicit
 enim alio loco scriptura: dominum deum nostrum dicere:
 celum mihi sedes est. Si ergo et tu habendo pleni-
 tudinem scientie: et habendo caritatem utique sedes dei
 factus es: celum factus es. Non enim habes celum: oculis
 his nostris quod suspicimus valde preciosum est deo.
 Celi dei anime sancte sunt. Celi dei mentes ange-
 loz sunt: et omnes mentes seruoꝝ eius. Ergo ira-
 scantur populi: commoveat terra: quod facturi: aut
 quod factura sedi dei et celo: ubi sedet deus:
 **Dominus in syon magnus: et excelsus est su-
 per omnes populos. Dominus in syon magnus et
 excelsus est. Ecce si obscurum tibi erat: quia di-
 ctum est: quod sedet super cherubin: nesciebas quod
 est cherubin: et forte tibi figurabas animo quoniam
 domus cathedra celestis ingere gemata: et ipsam
 dicebas cherubin: carnali sensu voluntas per
 phantasmata: Dicitur tibi: quia cherubin ple-
 nitudo scientie est: et dictum est: quia plenitudo
 scientie: non cuiuslibet scientie: sed plenitudo
 scientie legis utilis est homini. Et ne despe-
 rares de ipsa scientia legis: breviter tibi dictum
 est: plenitudo legis est caritas. Habeto ergo ca-
 ritatem in deum et in proximum: et eris sedes dei:
 pertinebis ad cherubin. Sed si adhuc non in-
 telligis: audi quod sequitur: dominus in syon magnus.
 Quae tibi dixi super cherubin: in syon magnus
 est. Nam quae quod est syon: Syon novum
 civitatem dei esse. Syon dicta est civitas: quae est hie-
 rusalem: dicta autem ex interpretatione quaedam nomen
 accipiens: quia syon speculatio dicitur: id est visio
 et contemplatio. Spectari enim prospicere est vel
 prospicere: vel intendere ut videas. Est autem
 syon omnis anima: si intendit videre lucem quam viden-
 da est. Nam si ad suam attenderit tenebras: si
 ad lucem illam attenderit illuminatur. Quia tamen
 manifestum est syon civitatem dei esse: quae est civitas
 dei nisi sancta ecclesia: Homines enim amantes se i-
 uicem: et amantes deum suum qui in illis habitat:
 faciunt civitatem deo: quia lege quadam civitas
 pertinet. Lex ipsa eorum caritas est: et ipsa cari-
 tas deus est. Apte enim scriptum est: Deus caritas
 est. Qui ergo plenus est caritate: plenus deo est:
 et multi pleni caritate civitatem faciunt deo.
 Ista civitas dei vocatur syon. Ergo ecclesia
 est syon. In illa ergo est magnus deus: in illa esto: et
 non erit preter te deus. Cum autem fuerit
 in te deus: quia tu factus es de syon me-
 brum syon: civis de syon pertinens ad socie-
 tatem populi dei: excelsus in te erit deus
 super omnes populos: super illos qui ira-
 scuntur: aut super illos qui irascebantur.**

Putatis enim quod tunc irascebatur: et modo non irascuntur. Irascebant tunc: sed quod plures erant apte irascebant: modo quod pauci facti sunt occulte irascuntur. Interim fracta est audacia: finietur et iracundia. Putatis enim fratres quod illi quorum hesternis die organa concrepabant non irascuntur de ieiuniis nostris: Non autem eis irascamur: sed pro eis ieiunemus. Dixit enim nobis dominus deus noster qui sedet in nobis: ipse nobis mandavit: ut oremus pro iniuriis nostris: oremus pro persecutoribus nos: et cum hoc facit ecclesia prope finiti sunt persecutores. Exaudita est enim cum hoc faceret: et exaudiat cum hoc faciat. Preualebant malo suo: finiti sunt bono suo. Quod enim finiti sunt vultis nosse: Manducati sunt ab ecclesia. Queres illos in se et non inuenis: quare in ea quae illos manducavit et in visceribus eius inuenietur. Transentes enim ad ecclesiam christiani facti sunt: pierant persecutores: creuerunt predicatorum. Ideo pro dies festos ipsorum: quod videmus eos qui reliqui facti sunt insanire adhuc in voluntatibus suis malis et pueris: rogamus pro illis deum: ut qui delectabiliter audiunt organum: delectabilius audiant vocem dei. Non enim quod sonat sine ratione delectat aurem: et verbum dei non delectat cor: Sed ideo pro illis oramus: quoniam diebus illorum festis nos ieiunamus: ut fiat sibi ipsi spectaculum. Quoniam enim viderit se displicebunt sibi: sed ideo non sibi displicet: quod non se attendunt. Ebrus non sibi displicet: sed sobrio displicet. Ita hominem qui iam iocundatur in domino vivit: grauiter suspirat in illam pacem eternam quam illi promissit deus: et vide quod quoniam respexit hominem saltantem ad organum: plus illi dolet insanientem quam freneticum febrientem. Ergo si nouimus mala illorum: quod de ipsis malis nos liberati sumus: doleamus illos: et si dolemus illos oremus pro illis: et ut exaudiamur ieiunemus pro illis. Non enim nos nostra ieiunia celebramus pro diebus festis illorum: alia sunt ieiunia nostra quae celebramus pro diebus pasche futuros pro alia atque alia quae solentia nobis sunt in christo: per istos autem dies ad hoc ieiunamus: ut quoniam ipsi letantur: nos pro illis gemamus. Leticia enim sua admonet dolorem nostrum: et faciunt nos recordari quod miseri sunt adhuc. Sed quod videmus multos inde liberatos: vbi et nos fuimus: nec de illis desperare debemus. Et si adhuc irascuntur nos oremus: et si adhuc commouet pericula terre quae remansit: nos permaneamus in gemitu pro ipsis: ut et illis deus tribuat intellectum: et nobiscum audiant voces istas: de quibus modo gaudemus. Dominus in syon

magnus et excelsus super omnes populos. Confiteantur nomini tuo magno: Ipsi omnes populi super quos magnus es in syon: iam confiteantur nomini tuo magno. Paruum fuit nomen tuum quando irascebatur. factum est magnum iam confiteantur. Quod dicimus primum fuisse nomen christi antequam preclare diffamaretur christus: Quia nomen ipsius fama ipsius dicit. Paruum nomen erat: iam modo nomen magnum factum est. Que gens est quae non audiuit nomen christi: Jam ergo magno nomini tuo confiteantur populi: qui ante paruo nomini tuo irascebant. Confiteantur nomini tuo magno. Quare confiteantur: Quoniam terribile et sanctum est: Ipsi nomen tuum terribile et sanctum est. Sic predicatur crucifixus: sic predicatur humilitus: sic predicatur iudicatus: ut veniat et excelsus: veniat viuus in virtute: veniat iudicaturus. Non parcat populis blasphemantibus: quia patientia dei ad penitentiam te adducit. Non enim qui modo parcat semper habet parcere: aut qui modo predicatur ut timeat: non est venturus ut iudicet. Venturus est fratres mei: venturus est: timeamus illum: et sic viuamus ut ad dexteram illum inueniamur. Tuentur est enim et iudicaturus ut alios ponat ad sinistram: alios ad dexteram. Et non illud facit ipse quodcumque ut erret forte in hominibus: et qui ad dexteram ponendus est: ad sinistram ponat: aut qui ad sinistram debet stare: errante deo ad dexteram ponat. Non enim potest errare ut ibi ponat malum: vbi ponere debet bonum: nec ibi ponat bonum vbi debet ponere malum. Si errare non potest: nos erramus si non timeamus. Si autem timuerimus modo: tunc quod timeamus non habebimus: Quoniam terribile et sanctum est. Et honor regis iudicium diligit. Sic ergo timeant eum populi ut corrigant se: non quasi multum presumentes de misericordia ipsius: dimittant se: et male viuant. Diligit enim misericordiam: sed diligit et iudicium. Que est misericordia: Ut modo predicet tibi veritatem: ut modo clamet ad te ut conuertaris. Parua misericordia est: quod vixisti in malis factis: et adhuc non te tulit cum peccares: Ut credenti ignosceret peccata sua: quia misericordia est: Putas quod sic semper erit misericordia ut neminem puniat: Noli sic putare: terribile et sanctum nomen eius: et honor regis iudicium diligit. Iniustum est enim iudicium et omnino non est iudicium: nisi merita reddantur sua unicuique quemadmodum quisque gessit in corpore: siue

bonū siue malū. Et honor regis iudicium diligit. Ergo timeam: ergo faciam iusticiā: ergo faciam equitatē. Sed quōs fac equitatē: Quis fac iusticiā: Hō pctor: hō iniquus: hō puerfus: hō auersus a luce veritatis: Quid debet facere homo: Cōuerte se tantū ad deū: vt ipse in illo formet equitatē: quā ipse formare nō pōt: s; deformare. Idoneus ē hō ad vulnerandū se: nūquid idoneus est ad sanandū se: Quī vult egrotat: nō quī vult surgit. Si vult viuat intēperanter vel in frigore vel in calore: eo die egrotat quo voluerit. Cū autē viuēdo intēperanter ceperit egrotare: surgat quī vult: Quieuit quī voluit: surgat si pōt quī vult. Ut iaceret egrotus intēperantiā suā habuit necessariā: vt surgat autē necessariā habet artificis medicinam. Sic ergo vt peccet homo: ipse sibi sufficit ad peccandū: vt iustificet nō sibi sufficit: nisi ab illo iustificet: qui solus est iustus. Et ergo se illi hoies dent formādos ad iusticiā: cū terruisset p̄los psalmus iste: et dixisset: Cōfiteantur noī tuo magno: quoniam frivile et sanctū est: et honor regis iudicium diligit: veluti quērentes iā p̄los territos quō iustu vivere debeāt: quoniam in seipis nō possunt habere iusticiā: cōmendavit illis et plasmato rem iusticie illoz: et securus ait. Tu parasti equitatē: iusticiā et iudicium in Jacob tu fecisti. Debemus enī et nos habere iudicium: debemus habere iusticiā: sed ille in nobis facit iudicium et iusticiā: quoniam nos fecit in quibus faceret. Quō et nos debemus habere iudicium et iusticiā: Iudiciū habes quoniam discernis malū a bono: iusticiā autē quoniam sequeris bonū et declinas a malo. Discernēdo iudicium hēs: faciēdo iusticiā hēs. Declina a malo ait: et fac bonū: quare pacē et sequere eā. Prō debet hēre iudicium: et postea iusticiā. Quō iudicium: Ut p̄mo iudices: quid sit malū: et quid sit bonū. Et quā iusticiā: Declinas a malo: et facies bonū. Hoc autē nō a te habebis: quoniam vide quod dixit: Iudicium et iusticiā in Jacob tu fecisti. Exaltate dominū deū nostrū: Clere exaltate: bene exaltate. Laudem et exaltem illū: qui fecit ipsam iusticiā quā habemus ipse in nobis fecit. Quis enī in nobis fecit ipsam iusticiā: nisi qui nos iustificavit: Be christo autē dictū est: qui iustificat impiū. Nos ergo impij: ille iustificator: quoniam et ipaz iusticiā ipse in nobis fecit: quā illi placeam: vt ad dexteram nos ponat et nō ad sinistram: vt dicat ad dexterā positis: Venite b̄dicti patris

mei percipite regnū quōd vobis paratū est ab origine mūdi: Hō autē ponat ad sinistrā intē eos quibus dicitur: Ite in ignē eternū qui paratus est diabolo: et angelis eius. Qui in nobis coronaturus est nō merita nra: s; dona sua: quātū debet exaltari: Exaltate dominū deū nrm. Et adorare scabellū pedū eius quoniam sanctū est. Quid habemus adorare: Scabellū pedū eius. Suppedaneū dicit scabellū. Quod dicunt greci ὑποποδιον: dixerunt latini scabellum. Et alij dixerunt suppedaneū. Sed videte fratres quod nos iubet adorare. Alio loco scriptura dicit: Celū mihi sedes ē: terra autē scabellū pedū meoz. Ergo terram nos iubet adorare: quoniam dixit alio loco: quod sit scabellū pedū dei: Et quō adorabimur terrā cum dicat apte scriptura: B̄n̄m deus adorabis: et hic dicit: Adorate scabellū pedū eius: Exponens autē mihi: quid sit scabellū pedū eius dicit: terra autē scabellum pedum meoz. Princeps factus sū: timeo adorare terram: ne damnet me qui fecit celū et terrā. Rursum timeo non adorare scabellū pedum dñi mei: quia psalmus mihi dicit: adorate scabellū pedū eius. Quero quid sit scabellū pedum eius: et dicit mihi scriptura: terra scabellum pedum meoz: Fluctuans cōuerto me ad christū: quia ipm quero hic: et inuenio: quōd sine impietate adoratur terra: sine impietate adoret scabellū pedum eius. Suscepit enī de terra terrā: quia caro de terra est: et de carne Marie carnem accepit. Et quia in ipsa carne hic ambulavit: et ipsam carnem nobis manducandam ad salutem dedit: nemo autē illam carnem manducat nisi prius adorauerit: inuentū est quēadmodū adoret tale scabellum pedum dñi: et nō solū nō peccem adorando: sed peccem nō adorādo. Nunquid autē caro viuificat: Ipse dñs dixit cū de ipsa cōmendatiōe eiusdē terre loqueretur: Spiritus est qui viuificat: caro autē nihil pdest. Ideo et ad terrā quilibet cuz te inclinas atq; p̄sternis: non quasi terrā intuearis: sed illum sanctum cuius pedū scabellum est quod adoras: propter ipsum enī adoras: id est hic subiecit: adorate scabellū pedū eius: quoniam sanctum est. Quis sanctus est: In cuius amore adoras scabellū pedum eius: Et cū adoras illū: ne cogitatiōe remaneas in carne: et a spiritu nō viuificeris: spiritus enim inquit viuificat: caro autē nihil pdest. Tunc autē quando

Alia lra. cationes.

hoc dñs cōmendauit de carne sua: locut⁹
 erat ⁊ dixerat: Nisi quis māducauerit car
 nē meā: nō habebit in se vitā eternā: scan
 dalizati sūt quidā discipuli ei⁹ septuaginta
 ferme ⁊ dixerūt: **Bur⁹** ē hic sermo: q̄s pōt
 hoc intelligere: Et recesserūt ab eo: ⁊ am
 plius cū eo nō ambulauerūt. **Burū** illis vi
 sum est qd̄ ait: Nisi quis māducauerit car
 nem meā: nō habebit vitā eternā: accepe
 rūt illud stulte: carnaliter illud cogitauerūt:
 ⁊ putauerūt: qd̄ p̄cisur⁹ esset dñs p̄tulas
 quasdā de corpe suo: ⁊ datur⁹ illis: ⁊ dixe
 rūt: dur⁹ est hic sermo. **Ipsi** erāt duri non
 sermo. **Etenī** si duri nō essent: sed mites es
 sent: dicerēt sibi: nō sine causa dicit hoc: ni
 si qz est ibi aliqd̄ sacramētū latēs: manerēt
 cū illo lenes nō duri: ⁊ discerēt ab illo: qd̄
 illis discedētib⁹ q̄ remāserūt didicēnt. **Mā**
 cū remansissent cū illo discipuli duodecim:
 illis recedētib⁹: suggesserūt illi tāq̄ dolen
 tes illoꝝ mortē: qd̄ scādalizati sūt in verbo
 eius: ⁊ recesserūt. **Ille** aut̄ instruxit eos et
 ait illis: Spūs ē qui uiuificat: caro aut̄ ni
 hil p̄dest. **Verba** que locut⁹ sūt vobis: spi
 ritus est ⁊ vita. **Spiritualiter** itelligite qd̄
 locut⁹ sum: nō hoc corpus qd̄ videtis mā
 ducatur est: ⁊ bibiturū illū sanguinē quez
 fufuri sūt qui me crucifigēt. **Sacramētum**
 aliquod vobis cōmēdauit: spūaliter intel
 lectū uiuificabit vos. **Et** si necesse est illud
 visibiliter celebrari: optet tñ iuisibiliter in
 telligi. **Exaltate** dñm deū nostrū: ⁊ adora
 te scabellū pedē eius qm̄ sc̄tñ ē. **Moy
 ses ⁊ Aaron** in sacerdotib⁹ eius: ⁊
Samuel in his qui iuocāt nome
 eius. **Inuocabāt** dñm ⁊ ip̄e ex
 audiebat eos: in colūna nubis lo
 quebat̄ ad eos. **Isti** antiqui **Moy
 ses ⁊ Aaron ⁊ Samuel** serui dei magni apud
 antiquos. **Notis** qz **Moy
 ses** eduxit i vir
 tute dei pplm̄ israel ex egypto p̄ rubrū ma
 re: ⁊ duxit in heremo: ⁊ quāta mirabilia fe
 cerit in illo tpe de⁹ p̄ manū **Moy
 si** noue
 rūt oēs qui istas scripturas libēter audiūt
 in ecclia: vel apud se legūt vel quō didice
 runt. **Aaron** frater ipsius fuit quē ordina
 uit etiā sacerdotē: ⁊ ibi quidē nō videt sa
 cerdos esse: nisi **Aaron**. **Apte** enim in illis
 lris **Aaron** noīat̄ sacerdos dei: de **Moy
 se** nō ibi dicit̄ qz sacerdos erat. **Sed** si hoc
 nō erat: quid erat: **Nunqd̄** maior sacerdo
 te esse poterat: **Expropat** psalmus iste: q̄a
 ⁊ ip̄e sacerdos erat. **Moy
 ses ⁊ Aaron** in
 sacerdotib⁹ ei⁹. **Ergo** erāt illi dñi sacerdo-

Alia lra.
 † inter eos.

tes. **Postea** **Samuel** iam in libro regnoꝝ
 legit. **Iste** est **Samuel** t̄pib⁹ **Dauid**. nam
 ipse v̄xit sc̄tñ **Dauid**. **Samuel** ab initio
 etatis sue in templo creuit. **Mater** ei⁹ ste
 rilis fuit: volēs habere filiū: orauit ad do
 minū cū gemitu magno: ⁊ petēs: vt daret
 ei deus filiū: ostēdit qz nō carnaliter habe
 re voluit: quē natū illi dedit: qui eū esse vo
 luit. **Uouit** enī euz dño deo ⁊ ait: Si mihi
 mascul⁹ nat⁹ fuerit: tēplo tuo seruiet: et ita
 fecit. **Mat⁹** sanctus **Samuel**: fuit apud ma
 trē tpe lactis: mox vt eū ablactauit: dedit
 in tēplū vt ibi cresceret: ibi roboraret̄ i spi
 ritu: ibi deo seruiret. **Fact⁹** est **Samuel** sa
 cerdos magn⁹: sacerdos sanct⁹ illo tpe: cō
 memorat istos: ⁊ p̄ istos omnes sc̄tōs nos
 vult intelligere. **Quare** aut̄ hic illos noīa
 uit: **Qm̄** dixim⁹ **christū** hic nos debere in
 telligere. **Aduertat** sanctitas vestra. **Dixit**
 sup̄: **Exaltate** dñm deū nostrū: ⁊ adora
 te scabellū pedū eius: qm̄ sc̄tñ est: cōmen
 dans quēdā: id est dñm nostrū **Iesus** **chri
 stū**: cui⁹ scabellū pedū adorandū est: quia
 carnē assūpsit in qua appareret generi hu
 mano. **Et** volēs nobis ostendere ⁊ antiq̄s
 patres ip̄m p̄dicasse: qz ip̄e est verus sacer
 dos dñs noster **Iesus** **christū**: cōmemora
 uit istos qz in colūna nubis loq̄bat̄ ad eos
 deus. **Quid** est in colūna nubis: **Loq̄bat̄**
 p̄ figuras. **Si** enī in quadā nubecula loq̄
 bat̄ obscura illa dicta: nescio quē manife
 stum p̄signabāt. **Ille** aut̄ nescio quis: tam
 nō est nescio quis: qz sc̄it a nobis dñs no
 ster **Iesus** **christus**. **Moy
 ses ⁊ Aaron** in
 sacerdotib⁹ eius ⁊ **Samuel** inter eos q̄ in
 uocant nome ei⁹. **Inuocabāt** dñm ⁊ ip̄e
 exaudiebat eos: in colūna nubis loqueba
 tur ad eos. **Qui** primo loq̄bat̄ in colūna
 nubis: ip̄e nobis locut⁹ est in scabello pe
 dū suoz: id est in terra assumpta carne: v̄t
 adoram⁹ scabellū pedū eius: qm̄ sc̄tñ est.
Ipsē de nube loquebat̄: qd̄ tunc nō intel
 ligebat̄: locut⁹ est in scabello pedū suoz:
 ⁊ intellecta sūt verba nubis eius. **In** colū
 na nubis loq̄bat̄ ad eos. **Attēdam⁹** ergo
 fratres: videte quos ⁊ quales sc̄tōs noīa
 uerit. **Custodiebāt** testimonia ei
 us: ⁊ p̄cepta ei⁹ que dedit̄ eis. **Cu
 stodiebāt** certe: **Intendite**. **Custodiebant**
 testimonia eius: ⁊ p̄cepta ei⁹ que dedit̄ eis.
Hoc dic̄ ⁊ negare nō pōt. **Nihil** ne hēbāt
 pcti: **Quō**: **Qm̄** custodiebant p̄cepta ei⁹:
 custodiebāt testimonia eius. **Uidete** q̄les
 nos velit formari: ne q̄si de p̄fecta iusticia

Alia lra.
 † p̄ceptū ei⁹
 † illis.

psalamus. Ecce Moyses et Aaron in sacerdotibus eius: et Samuel in his qui invocant nomen eius: ad quos de columna nubis loquebatur. Iam apte illos exaudiebat: qui custodiebant testimonia eius: et precepta eius quae dedit eis.

Domine inquit: deus noster tu exaudisti eos: deus tu propitius fuisti illis. Propitius non dicitur deus nisi peccatis. Quando dat veniam tunc dicitur propitius. Et quod habebat in istis quod vindicaret ut esset propitius: Ignoscendo propitius fuerat: propitius erat donando peccata: propitius fuerat et vindicando.

Quid enim sequitur: Tu propitius fuisti illis. Et vindicatis in omnes affectiones eorum. Etiam vindicatis propitius fuisti. Videte fratres mei: quod hic commendavit aduertite. Illi deus irascitur: quem peccatum non flagellat. Nam cui vere propitius est: non solum donat peccata ne noceant ad futurum seculum: sed etiam castigat: ne se peccare delectet.

Agite fratres: quod in illis vindicatum est si queramus: adert dominus ut dicat. Queramus enim tres istas personas: Moysen: Aaron et Samuel: et quod in eis vindicatum sit: quia dixit: Vindicatis in omnes affectiones eorum: utique eas affectiones dicens eorum: quos dominus nouerat in cordibus eorum: quas homines non nouerant. Etenim sine querela hominum versabantur in medio plebis dei. Sed quod dicimus: quia Moyses habuit primam vitam fortasse peccatricem: Nam et percussit hominem: fugit de egypto. Habuit et Aaron primam vitam quam displiceret deo. Nam ipse insanientem populo et querenti idolum: permisit ut fieret: et factum est populo dei idolum quod adoraret. Samuel quod fecit infans ad templum dei: Quod etates suas inter sancta sacra dei pegerat: ab ineunte etate famulus dei. Nihil unquam dictum est de Samuele: nihil ab hominibus. Mouerat ibi forte deus aliquid quod purgaret: Quia et quod perfectum iam videtur hominibus: illi perfectio adhuc imperfectum est. Pluraque faciunt artifices: et ostendunt impitius: et cum iam iudicauerint impitius esse perfecta: expoliunt illa artifices qui nouerunt adhuc quod illi desit: ut mirentur homines tantam expolitioem rebus accidisse quae iam perfectas pronunciant. Sic et in edificis et in picturis et in vestibus: et prope in omni genere artium. Proinde iudicant illud iam quasi perfectum esse: ut oculi eorum amplius nihil desiderent. Sed aliud iudicat oculi impitius: aliud iudicat artificis regula. Sic et illi sancti versabantur ante oculos dei: tamquam sine culpa: tamquam perfecti: tamquam angeli: nouerat autem quod illi desisset quod

vindicabat in omnes affectiones eorum. Vindicabat autem non irascens: sed propitius. Ad hoc vindicabat: ut proficeret ceptum: non ut dante eiectum. Vindicatis ergo in omnes affectiones eorum erat deus. Quod vindicauit in Samuele: Ubi est vindicta ipsa: Hoc dico ut nouerit christiani qui iam hic cognouerunt christum: ad quos venit in scabellum pedum suorum: quos ita dilexit: pro quibus sanguinem fudit: nouerunt quod vapulet: cum multum profecerint. Querimus vindictam in Moysese prope nullam habet: nisi quod ad extremam ait illi deus: Ascende in montem et morere. Ait seni: morere. Jam pegerat etates suas: nunquam nunquam erat moriturus: Quam illa vindicta: Ostendit ibi vindictam suam ut diceret: Non intrabis terram promissionis quam intraturus erat populus. Quamdam figuram quorundam gerebat Moyses. Nam qui in regnum caelorum intrauit: magna illi pena erat ad terram illam non venire: que ad tempus erat promissa: ut umbram ostenderet et transiret: Nonne multi perfiditer intrauerunt in illam terram: Nonne in illa fratriuicium multa mala fecerunt: et deum offenderunt: Nonne et idolatriam secuti sunt in ipsa terra: Nonne agnus erat non dedisse istam terram Moysesi: Sed Moysen voluit gestare figuram eorum: qui sub lege erant: quia pro Moysen data est lex: et ostendit eos qui sub lege esse uellent: et sub gratia esse nollent: non intraturos in terram promissionis. Ergo illud quod dictum est Moysi figura erat: non pena: Semi mors que perit: Non intrare in illam terram: quae pena quam intrauerunt indigni: Be Aaron autem quod dictum est: Mortuus est et ipse senex: filii sui successerunt ei in sacerdotio: filii eius postea sacerdotibus administrant. Quod et in istum vindicauit: Samuel et ipse sanctus senex mortuus est: relictis filiis successoribus suis. Quid est quod in illis vindicatum est quero: et semper homines non inuenio: semper autem quod scio pati suos dei quotidie in illos vindicabat. Legite et videte vindictas: si qui proficimus. Forte vindictas quotidie patiebantur populos dicentes: quotidie patiebantur inique uiuere: et inter illos uiuere cogebantur: quorum vitam quotidie reprehendebant. Hec erat vindicta: non dum proficit cui parua est. Tantum te enim torquet iniusticia aliena: quantum recesseris a tua. Cum enim fuerit frumentum: id est herba bona de semine bono: semine filii regni: cum cepis fructum dare: tunc tibi apparebunt zizania. Cum enim creuisset herba et fructum fecisset: tunc apparuerunt zizania: Cum cepint apparere zizania: videbis te in malos. Telle habes quasi separe a te malos:

XCVIII
 psalamus
 Samuel in his qui invocant nomen eius: ad quos de columna nubis loquebatur. Iam apte illos exaudiebat: qui custodiebant testimonia eius: et precepta eius quae dedit eis.

Alia lra
 exaudiebas
 teis

Alia lra
 tyricensis
 diuinationes

et separe ab ecclesia omnes malos: respondebit tibi domini sententia: Sumite utraque crescere usque ad messem: ne forte cum vultis eradicare zizaniam: eradicetis sicut et triticum. Ex sententia domini necesse erit peccare zizaniam: et conditioe sui necesse erit vivere inter zizaniam. Separe ea non potes: tolerare tibi necesse est. Vide quantas plagas in corde patiaris: qui corpe integro inter malos versaris. Probabitur quicumque profecerit: probabitur quod iam profecit. Toleranda sunt ergo ista: et forte habet pignus ad illud: Seruus quod nouit voluntatem domini sui: et non facit digna: plagis vapulabit multis. In multis enim quantum nobis innotescit voluntas dei: etiam reatus noster innotescit nobis: Et quanto ille nobis innotescit: tanto plus in me fletus et lachrymas. Eudem enim quod sit iustum quod de nobis erigat deus: in quanta adhuc in imperfectioe iaceamus: et sit in nobis quod dictum est: Qui apponit sciens: apponit dolorem. Ecce absudet in te caritas: et plus dolebis peccantem. Quanto in te maior caritas est: tanto amplius te torquet quem toleras. Non torquet tamquam irascetem illi: sed tamquam dolentem pro illo. Vide Paulum apostolum quod patiebatur: Vidit quid patiebatur: propter illa inquit quae extrinsecus sunt. Dixit enim multa quae patiebatur: et cepit dicere interiora: propter illa quae extrinsecus erant quae patiebatur a malis persecutoribus christi: incurfus in me quotidianus: sollicitudo omnium ecclesiarum. Et vide qualis sollicitudo: quae paterna: quae materna. Videte quomodo cedebatur: ut vindicaret in omnes affectiones eius. Bicem affectiones eius in quibus vindicabat deus. Quis infirmus inquit: et ego non infirmus: Quis scaldus: et ego non vroz: Quanto maior caritas: tanto maiores plage de peccatis alienis. Accepit quidem ille et stimulum carnis angelu sathane a quo colaphizaret. Ecce quomodo propter erat deus vindicans in omnes affectiones eius. Quae sunt affectiones in quibus sic videtur: Ipse exposuit: ipse dixit: In magnitudine inquit reuelationis ne extollar: datus est mihi stimulus carnis mee: angelus sathane qui me colaphizet. Tunc perfectus erat: ut tamen timendum esset ne extolleret. Nam non poneret deus medicamentum: vbi vulnus non esset. Et rogauit ut tolleretur: eger ille rogauit: ut auferretur medicamentum: propter quod terrum rogauit inquit: ut auferret eum a me: id est stimulum carnis a quo colaphizabatur: aliquid forte dolorem corporis. Rogauit inquit ut auferret eum a me: et dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea: nam vultus in infirmitate proficit. Ego noui

quae curo: non mihi det quae egrotat consilium: tanquam emplastrum mordax vult te: sed sanat te. Rogat medicum ut tollat emplastrum: et non tollit nisi cum fuerit sanatum quod posuerat. Virtus in infirmitate proficit. Ergo fratres quicumque in christo proficimus: non nos putemus sine flagello profuturos: quia quantumlibet proficiamus: nouit ipse peccata nostra: aliquid et nobis ostendit illa: et videmus et nos peccata nostra. Et cum inter tales homines versari cepimus: ut iam homines quod in nobis reprehendant: non inueniant: reprehendit ille adhuc quod nouit omnia: et vindicat in omnes affectiones: quia propter est nobis. Nam si non vindicet et deserat: perimus. Beatus tu propter fuisse illi: et vindicans in omnes affectiones eorum. Exaltate dominum deum nostrum: Iterum exaltemus illum quia bonus est: et cum fuerit quomodo laudandus est: quomodo exaltandus est: Tu potes habere exhibere filio tuo: et deus non potest: Non enim bonus es quam blandiris filio tuo: et malus cum cedis filium tuum: Et cum blandiris pater es: et cum cedis pater es. Non blandiris ne deficiat: ideo cedis ne peat. Exaltate dominum deum nostrum. Et adorare in monte sancto eius: quoniam sanctus dominus deus noster Quomodo superius dicit: Exaltate dominum deum nostrum: et adorare scabellum pedum eius: quoniam sanctum est: intelleximus quod sit adorare scabellum pedum eius. Sic et modo post exaltationem domini nostri Iesu christi: ne quis illum propter montem eius exaltet: commendauit et montem ipsi. Adhuc ipse quod est: Legimus alibi de hoc monte: quia lapis fuit preciusus de monte sine manibus: et confregit omnia regna terre: et creuit lapis ipse. Baniel visio est ista quam narro. Creuit lapis iste quod preciusus est de monte sine manibus: et factus est inquit mons magnus: ita ut impleret vniuersam faciem terre. In ipso monte magis adoremus: si exaudiri volumus. Heretici non adorant in isto monte: quia mons iste impleuit vniuersam faciem terre. Deserunt in parte: et totum amiserunt. Si agnoscant ecclesiam catholicam: adorabunt in isto monte nobiscum. Et enim lapis ille quod preciusus est de monte sine manibus: iam videmus quantum creuerit: et quantas regiones terre occupauerit: et usque ad quos gentes puenit. Quid est mons vni preciusus est lapis sine manibus: Regnum iudeorum. Pro quo quod colebant vnum deum: inde preciusus est lapis dominus noster Iesus christus. Ipse dicitur est lapis quem reprobauerunt edificantes: sed factus est in caput anguli. Lapis iste preciusus de monte sine manibus: confregit omnia regna terrarum. Videmus confecta ab illo lapide omnia regna

terre. Que erāt regna terre? Regna idolorum: Regna demoniorū fracta sunt. Regnabat Saturnus in multis hoīb⁹: vbi ē regnū ei⁹? Regnabat Mercurius in multis hoīb⁹: vbi est regnū eius? Fractū est: redacti sūt illi in regnū christi: in q̄b⁹ ille regnabat. Regnū Elenis q̄le erat karthaginū: vbi nūc est regnū celeste: Lapis ille fregit oīa regna terrarū: lapis p̄cisus de monte sine manibus. Quid est p̄cisus de mote sine manib⁹? Natus de gēte iudeorum sine ope hoīm. Dēs enī q̄ nascunt: de ope maritali nascunt: ille de v̄gine natus: sine manibus nat⁹ est. Per manus enī op⁹ humanum significat. Quo manus hūane nō accesserūt: Tūc maritalis amplexus nō fuit: fetus tūc fuit. Natus est ḡ de mote sine manibus lapis ille: creuit: et crescēdo fregit oīa reḡ terrarū. Fact⁹ est aut̄ mōs magn⁹: et impleuit vniuersam faciē terre. Hec ē ecclia catholica: cui vos cōdicare gaudete. Illi aut̄ q̄ nō ei cōmunicāt: q̄ p̄ter ip̄m montē adorant et laudāt deū: nō exaudīūt ad vitam eternā: et si ad q̄dam t̄palia exaudīāt. Nō sibi ḡ blandiāt: q̄ eos in q̄busdam exaudit deus. Nam et paganos exaudit in quibusdam. Nonne clamāt pagani ad deū: et pluit. Quare? Quia facit solē suū oriri super bonos et malos: et pluit sup iustos et iniustos. Noli ḡ gloriari pagane: quia te clamante ad deū pluit deus: q̄ sup iustos et iniustos pluit. Audiuit te ad t̄palia: nō te audit ad eterna: nisi in mote scō ei⁹ adoraueris. Adorate dñm in mote scō ei⁹: qm̄ sanct⁹ ē dñs deus noster. Hec de psalmo sufficiāt caritati v̄re: q̄tum dñs donauit locuti sumus. Ecce quicqd loq̄mur in noīe dei: qm̄ dei est loquentis p nos: imber dei est: videte vos qual terra sitis. Mā qm̄ pluuia venit sup terrā: si bona terra est: fruct⁹ bonos parit: nā si mala terra est: spinas parit: pluuia tñ dulcis est: et sup fructus et super spinas. Qui istis v̄bis auditis: peior sc̄tus fuerit: et spinas de pluuia generauerit: ignes speret: pluuia nō accuset. Qui aut̄ melior factus fuerit: et fruges de bōa terra generauerit: horreū speret: pluuia laudet. Aut qd sūt nubes: aut qd ē pluuia: nisi dei misericōdia omīa faciētis circa eos q̄s diligit: et quib⁹ donauit: vt ab eis diligat.

Explicit Tractatus de ps̄. XCVIII.

Incipit Tractatus de ps̄. XCIX.

Psalmi fratres cū cantaret: audistis: breuis est nec obscurus: quasi securitatem dederim ne labores timeatis. Videamus tñ attentius: et quanto liberius: tātō diligentius: quid sibi velint caipa que apte sonant: vt q̄stū dñs donare dignat: spūalī intelligat. Vox dei quolibet organo sonās: tamē vox dei. Regis enī delectat aures eius nisi vox ei⁹. Nam et nos cū loq̄mur: tunc eū delectamur: cū ip̄e de nobis loquitur. Psalmus in confessione sic inscribit. Hic ē titulus ei⁹. Psalmus in cōfessione. Pauci versus sūt: magnarū rerū grauidi: pariant semina in cordibus v̄ris: vt paret horreū messis dominice. Psalmus iste in cōfessione h̄ nob̄ iubet: ad h̄ nos hortat: vt iubilemus deo: Nec hortat velut aliquē vnū angulū fre: aut vnā aliquā habitationē: q̄gregationē v̄e hoīm: sed quia v̄bis nouit se seminasse b̄ndictionē: v̄ndiq̄ exigit iubilationē. Jubilate ḡ deo vniuersa terra. Nūqd̄ mō vocem meā audiuit vniuersa terra: Et tamen hanc vocē audiuit vniuersa terra. Nam iubilat dño vniuersa terra: et qd̄ ad huc non iubilat: iubilabit. Pertendens enī benedictio incipiente ecclia ab hierlm̄ p̄ oēs gentes: impietatem v̄bis p̄sternit: pietatem v̄bis cōstruit: et mixti sunt boni mali: et mali p̄ omnem terrā: et boni p̄ oēm terram. In malis murmurat oīs terra: in bonis iubilat oīs terra. Quid est ḡ iubilare? Adultū enī nos attentos facit ad h̄ v̄bū et p̄ntis psalmi titulus: q̄ inscribit in cōfessione. Quid ē in cōfessione iubilare? Et alter⁹ cuiusdā psalmi sentētia dicens: B̄tus p̄ls qui intelligit iubilationē. Profecto magnus aliqd̄ ē: h̄ qd̄ intellectū: beatos facit. B̄ns ḡ de⁹ n̄r̄ beatificator hoīm det mihi intelligē qd̄ dicaz: det vobis intelligere qd̄ audit. Beatus p̄ls q̄ intelligit iubilationē. Curramus ḡ ad hanc beatitudinē: intelligam⁹ iubilationē: nō eā sine intellectu fundam⁹. Quid op⁹ ē iubilare: et nō obtemperare huic psalmo dicenti: Jubilate deo oīs terra: et nō intelligere iubilationē: vt vox n̄ra sola iubilet: et cor nō iubilet: Sonus enī cordis intellectus est. Qd̄ nostis dicitur⁹ suz: Qui iubilat nō v̄ba dicit: sed sonus qd̄az est leticie sine v̄bis: Vox est enī animi diffusū leticia: q̄stū pōt exp̄mentis affectuz nō sensum cōphendētis. Gaudēs hō in exultationē sua: ex v̄bis quibusdā q̄ n̄ p̄nt dici et intelligi: erupit in vocē quādā exultationis